

Justus Christoph Schomer


Rector Universitatis Rostochiensis Iustus Christophorus Schomerus S. Th. D. & P. P. Consistorii Assessor & Superintendens, Gaudia Paschalis Festi Unanimi pietatis studio celebranda, Omnibus Academiae Civibus, ut par est, commendat [P. P. Sub Sigillo Rectorali ipso festo Paschatos, Anno M DC LXXXIIX.]

Rostochi[i]: Wepplingius, [1688]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742499413>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1688. Ostern.

~~M-1256.~~^{53.}

1688.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JUSTUS CHRISTOPHO-
RUS SCHOMERUS,



D. & P. P. Consistorii Assessor
& Superintendens,

GAUDIA
PASCHALIS
FESTI

Unanimi pietatis studio celebranda

*Omnibus Academia Civibus, ut par est,
commendat.*



Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

M-1256 53



Mensi tandem sumus latum quadragesimæ spatium, & post longum passionis Christi luctum in templis resonantem, latum hunc & augustum resurrectionis Christi diem, quem paschale festum appellamus, illuxisse nobis gratulamur. Quemadmodum ex longâ servitute & hæsitantis in miraculis Mosis spei metûsq; tremulâ vicissitudine educti Israëlita magno cû gaudio quondâ libertatis iter susceperunt, ita & ecclesia Christiana, ut lætiora sibi essent hujus festi jubila, non nisi per longa luctûs & jejuniorum exercitia ad illud quondam voluit eniti. Nam ab eâ legis divinæ sanctione, quam Exodi XII. legimus, repetita hujus temporis religio, & judæis & Christianis antiquissima est, in quâ ut illi memoriam recolunt agnini sanguinis, madente in postibus vestigio transilientem mortis angelum arcantis; ita nos immolatum pro nobis agnum Dei, à furore satanæ & æternâ morte nos immunes præstantem, suiq; e mortis vinculis ereptione pariter à servitute peccati in libertatem asserentem, lætis animis atque vocibus celebramus. Ita enim Apostolus 1. Cor. 5. 7. in Veteris Testamenti festo typum novi demonstravit, ut quod illic pro minore beneficio institutum erat, in angustiore salutis mysterio expletum esse ostenderet. Vix est quod dubitemus, Apostolos, quibus in hoc festo recordatio hæsit ejus rei, quæ fidei atque ministerii ipsorum potissima gloria erat, resurrectionis inquam Christi à mortuis, juxta *Act. 1. 22. c. 10. 41.* ex omnibus patrii ritûs festis, quorum se vinculis paulatim exuebant, hoc sibi charissimum commendatissimumque habuisse, ut cum judæos infideles viderent religiosa veteris beneficii convivia parare, ipsi exemplo excitati ad lugendam primùm mortem Christi, inter hos apparatus crudeliter occisi, & mox ad celebrandum in ejus ex sepulchro eruptione multò majus lætitiæ argumentum, & recentius humano generi beneficium, in ecclesias confluerent. Habemus sanè illis auctoribus dominicum diem quâque hebdomadæ sacrum tanquam perpetuum resurrectionis Christi festum, cum alia nulla ratio dari possit, quare *κυριακή ἡμέρα* appelletur *Apo. 1. 10.* illos autem, qui memoriam hanc septeno quoque die publicè renovabant, annuam neglexisse, nullo modo vero simile est. Quamvis enim nullis ad eam rem legibus divinis adstringerentur.

gerentur, neq; aliis aliquā figere cuperent, ipsa tamen pietas ad hujus temporis publicam religionem excitabat. Docet id importuna disputatio, quæ maturè satis de vero hujus festi termino in ecclesiâ nata est, quâ Asiatici ab aliis ecclesiis dissidentes & utrinq; ad morem majorum provocantes, qui vel apostolos vel apostolorum discipulos audiverant, & concordiam observatæ inter Christianos per omnem orbem Romanum paschalis solennitatis, & vetustissimorum pariter præsulum in eâ re indifferentem libertatem, negligentius (secundum conclusionem Irenæi, programme superiore laudatam, & doctrinam apostoli Col. 2, 16.) dierum definitiones curantium, apertè comprobant. Cum enim resurrectionem Christi in primam sabbati, seu dominicum diem incidere monerent hebdomadaria sacra, pleriq; etiam celebriora ejus gaudia, post redeuntem anni circulum instituta, eidem diei affixa servabant, paschate Judæorum, quod tunc in quovis hebdomadis diè incidere poterat, tantisper neglecto & transmissio, alii tamen mori Judaico, & calculo XIV. lunæ primi mensis, qui ab æquinoctio verno incipit, divinitus quondam Ex. 23, 5. præscripto, simplicius adhærebant, in super habitâ annui diei & recurrentis in septimanas festi differentiâ. Stetit hæc cuiq; ecclesiæ libertas integra, quam diu Apostolicæ doctrinæ sonus nec dū ullâ superstitione delibatus animis atq; memoriæ discipulorum recens circumgeretur: quamprimum autem in ritibus patrios tanquam in leges divinas & præscriptas posteritati traditiones oculi conjici cœperunt, statim etiam æmulationes contendentium partium, suosq; mores alienis præferentium, exorta sunt. Primâ non levè nobis refert Melito Sardicenis episcopus, quæ de Paschate acciderit Laodiceæ, cum Servilius Paulus Proconsul Asiæ esset: quæ res ipsi occasionem dedit tum de festo hoc libros duos, tum unum de dominico die scribendi. Postea sub finem II. Seculi parum abfuit, quin res in apertum schisma desineret. Coitum est in synodos, & decreta episcoporum formata: scripsere de illâ re epistolæ Victor Romanus, Bacchyllus Corinthius, episcopi Palæstinæ, Pontii, Osdroënæ, & qui non? ut & ab alterâ parte Polycrates ex sententiâ synodi suæ. Disputatum est quasi pro magno religionis capite, ita ut Polycrates in hoc epiphonemate epistolam clauderet; *Deo magis quam hominibus obediendum esse*; Victor episcopus omnes Asiaticos tanquâ hereticos à communi pacis & sacrorum vinculo excluderet.


ret. Quem furibundum viri impetum tamen alii, imprimis Irenæus cum fratribus Gallis, quibus præerat, rectius de hoc dissidii momento sentientes, salubribus monitis represserunt. Fuisse jam antea inter Polycarpum Johannis discipulum & Anicetum Romæ de eâ re actum, sed amico colloquio, ut de re adiaphorâ, ex Irenæi epistolâ constat. Sic quoque antea Pium, Hyginum, Telesphorum, Xistum, quamvis nec ipsi pascha Judæorum sequerentur, pacem coluisse tamen cum iis, qui sequebantur, eadem literæ testantur, quamquam & alibi idem Pius, quasi Hermæ visionibus edoctus, statuisse dicitur, ne nisi dominico die pascha celebraretur, & supposita Ignatio ad Philippenfes epistola sanctum martyrem fingit in seculis facientes quosque brutum fulmen torquere, tanquam in socios interfectorum Christi. Substitit adeo in hac ceremoniarum inæqualitate Christianus orbis etiam post Victoris tempora ad synodum usque Nicænam, ita ut cum Asianis etiam Syros, Cilices & Mesopotamios sensisse, duobus locis testetur Athanasius *Epist. de Syn. Arim. & Sel. to. 1. op. p. 872. & ad Afric. ibid. p. 833.* Causam interim pluribus libellis actâ esse à Clemente, Dionysio & Anatolio Alexandrinis, nec non à Novatiano, docet in catalogo illustrium scriptorû Hieronymus, in quibus & canon qui inter apostolicos legitur LXX. cusus est, de deponendo & excommunicando illo, qui cum Judæis festa egerit; unde porro in constitutiones, quas hodie vocant, Apostolicas simile decretum irrepsit, ut ut olim planè contrarium in illis legerit Epiphanius *har. 70. §. 10.* Accesserunt ut idem docet §. 9. aliorum contentiones aliæ, qui dum Dominico diei adhærebant, vel anticipabant terminum calendarii Judaici vel transmittabant, totis hebdomadibus inter se dissentientes. Nicæni patres tandem tollere inæqualitatem, & minorè orbis partem majori cedere debere, ut ex osam dudum judaici termini religionem poneret, eò felicius decreverunt, quò majori Imperatoris auctoritate peculiari edicto decretum confirmantis suffulciebantur. Sed ut in catholicâ & orthodoxâ ecclesiâ sic tandem concordia hujus festi reducta esset, alii tamen schismatici pertinacius se opposuerunt, inter quos primum Audiani Asianis exprobrabant, quòd ad aucupandam gratiam Imperatoris patrium morem deseruerint, & ut Constantini natalem celebrare possent, paschale festum immutaverint; deinde Novatiani, quorum pars Pazi in Phrygiæ vico convenerunt, ut solennia sua veteri Judæorum termino restituerent, pars in synodo Sanga-


Sangarenſi adverſus Sabbathum inſtitutâ priſcâ eccleſiâ libertateſſi
revocavit, ne qua hujus rei diſſenſio unitati eccleſiarum noceret,
ſed ut cuiq; liceret ſuum ſibi morem ſequi. *Socr. l. 5. c. 21.* Ceterum
catholici cum de relinqvendo omni judæorum circa hoc feſtum
comercio & obſervandâ ſecum harmoniâ conſentirent, potuiſſent
eodem jure certum anni diem, qvo Chriſtum reſurrexiſſe qvon-
dam crederent, huic memoria ſacrandum definire, perinde ut
martyrum natalitiis fieri ſolebat, qvemadmodû & Galli aliquando
qvîdâ, viii. Kal. Aprilis ex actis Pilati pro omni termino fixiſſe dicun-
tur. Verû enim verò placuit operoſior motuû ſidereorum obſerva-
tio, & legi divinæ de primo anni plenilunio, etiam cum eâ ſe ſolu-
tos eſſe arbitrarentur, ſolicitè ſe adſtringebant. Hinc octoëterides
& enneadecaterides à Græcis & Ægyptiis petita ad ſyzygiam ſolis
atq; lunæ certis periodis atq; regulis includendâ, quarum licet has
Ambroſius concilii Nicæni decreto acceptas ferat, ut etiam accura-
tiores ſunt, illas tamen & Epiphanius & Sozomenus in explicando
feſti termino ſequuntur. Illud certum eſt, Alexandrinum Archi-
epiſcopum, cum optimis Mathematicis ſtipatus eſſe crederetur, pa-
ſchæ diem quotannis indicaviſſe Romano, hunc aliis occidentis ec-
cleſiis. Unde Ambroſius: *quia etiam poſt ægyptiorum ſuppurationes &
Alexandrine eccleſiæ definitiones, epifcopi quoq; Rom. eccleſiæ literas* (ita
enim legendû puto deletâ vocolâ *per*, quæ perperam irrepiſit) *pluriq;
meam adhuc expectant ſententiam.* Extant hodieq; Theophili Alex-
andrini epiſtolæ paſchales in bibliothecâ Patrum, juris & moris
hujus indices: à Sylveſtro Rom. literas petunt Arelatenſes, ab ec-
cleſiâ Carthaginenſi Africani hanc indiſtionem: Aurelianenſes, ab
epiſcopo, ipſo epiphaniarû die, eccleſiis id eſſe denunciandum ſtatu-
unt, qvis quoq; anno paſchatis dies futurus ſit, qvòd noſtri hodie ex
proſtantibus paſſim calendariis addiſcunt. Difficilis enim imperi-
tis ingeniis calculus eſt, eſſi regulis adjutus, neq; fieri poteſt qvin
multa paſſim accidat aberratio, ſi cujuſq; induſtriæ illius ſubductio
relinquatur. Summa autem eorum, quæ obſervari voluerunt ve-
teres Nicænam ſynodum ſecuti, hæc eſt, ut paſcha nonniſi poſt æ-
qvinoctium vernum celebretur, ut die dominico poſt primum
plenilunium & ut nunquam cum judæis, ita qvidem ut ſi judaicum
paſcha in dominicâ incidereſt, Chriſtianum in octavam ejus differ-
retur. Quia enim judæi poſtqvam phaſes lunæ deſtructo templo

atque politia publicè observare non poterant, computo utebantur admodum fallaci, qui paschalem terminum in anteriora rapiebat, restituendum esse rati sunt, quod error abstulerat, cumq; Christi crucifixio in paschatis judaici termino, resurrectio post illum acciderit, rectè se quoq; resurrectionis festum Judaico postponere rebantur. Hinc pro indagando pleniluni die aurei numeri, ut vocari siveverunt, secundum periodum Metonis Atheniensis fastis adscribebantur, pro dominico die distinguendo cyclus qui dicitur solaris 28. annorum inveniebatur, æquinoctium de Julianâ anni correctione securi ad XXI. Martii perpetuò affixum esse arbitrabantur. Sed nimis fefellit calculus, ut serò latis experientia docuit, cum ob defectum cycli lunaris & excessum intercalationis julianæ, paschale festum paulatim crassissimo errore in æstatè producat, & novilunia jam plus quam triduo, æquinoctium plus quam integro decendio calculum ecclesiasticum antevertat, quiq; in primum mensem incidere debebat dies sacer, ex vitio computi non nisi altero labente demum sequatur. Multâ hæc res deliberatione occupavit superioribus seculis Pontificiorum concilia, Constantiense, Basileense, Lateranense, Tridentinum, ut modus inveniretur, quo & anni Juliani errores reducerentur, & lunationes vernæ veriore calculo indagarentur. Bene sententiam interposuit Lutherus *t. 7. jen. fol. 236.* nisi communi summarum in orbe potestatum consensu aliud placeat, parum interesse, quo tandem tempore resurrectionem Christi in ecclesiâ celebremus, concordiamq; omnia aliâ correctione meliorem esse. Sed cum semel inanis illa cura Nicænos patres occupasset, ut veteri Mosaicæ legis panno novum assuerent, quod Lutheri verbum est, omnino hanc etiam tanquam religionis curam ad se pertinere voluerunt Pontifices Romani, ut illorum decreta cum cœli atque siderum cursu in gratiam redirent. Unde tandem Gregorii XIII. auctoritate correctum ope Liliæ & Clavii calendarium ante centum & qui excurrunt annos prodiit, decendio, quod Julianum aberraverat, exempto, intercalationes nimias impolsterum accidens, & rejecto aureo numero aliâ per epactas supputandarum lunationum methodum tradens. Non tanto hæc molimine pro tuenda Nicænâ synodo acta sunt, quantâ contra ejusdem mentem atq; voluntatem festorum inæqualitate & irregularitate orbem Christianum denuo fœderunt,

runt. Hinc enim accidit, ut nō tantum novæ methodi vitio in ipsam Pascha judaicum quandoq; recidant correctores, sed orientales ab occidentalibus Latinis, & in occidente & ipso nostro imperio Rom. protestantes (qui pleriq; in eâ re Pontificis Romani auctoritati parere recusarunt) à Pontificiis inani saepe vel quinq; hebdomadū intervallo divisa sacra habeant, atq; si unqvā olim, nunc certè illa rerū dissonantia obtineat, quam objicit tessare decatis Constantinus, ut jejnantibus aliis alii symposia celebrent, & in eadem urbe, pago aut viciniâ arantibus aliis aut mercatum celebrantibus alii ad templa confluant, hi festum, illi profestum diem agant. Quin imò, si sapius accidit, quod anno hujus seculi XXXIV. accidisse refert Hottingerus *anal. p. 561.* ut Armeni à Græcis octiduo dissideant, ter eodem anno paschale festum recurrit Christianis, primum Pontificiorum, secundum Græcorum & nostrum, tertium Armenorum. Ita animorum atq; fidei dissidia non magis quam in hujus festi dissidio elucescunt, quod, si ullum aliud, pacis nobis atq; unitatis vinculum esse deberet, in quo una spes vocationis nostræ luculentum sui documentum resurgente à mortuis Christo accepit. Rediit anima corpori Christi, ut & nobis aliquando nostra rediret in extremo die, atq; ita nos nobiscum ipsis conjuncti, & cum fratribus ad communia gaudia conjugeremur. Reconciliata sunt per mortem & Resurrectionem Domini omnia in cælo & in terrâ, angeli hominibus, judæi gentibus, commune civium jus & aditus ad cælestem Hierosolymam omnibus datus, quibus evangelium pacis annunciatum est: quanto amore oportuit nos conspirare ad hanc felicitatem nobis invicem gratulandam? Sed mittamus illos, cum quibus necessarium dissidium est, quod fidei doctrinâ concordēs esse nolint. Sint aliis alia tempora, alia festa, ut alia etiam erroris superstitione & à veritate Apostolicâ deviatio est: nos tamen qui unâ fide ad eundem diem confluisimus, ut reduci à morte Redemptori laudum carmina publicè canamus, animorum non minùs quam rituum concordiam servemus. Vos bonarum artium in hac Academia studiosi juvenes, quorum aliquos hactenus infestis armis concurrere, verbisq; ac dictis se mutuò lædere observavimus, ut ne vos perditum porro eatis, moneo, quos servare Christus inferorum victor voluit, neq; in mortem vestram ruatis, quibus vita parta est, sed ita vos, amore vero complectamini invicem, ut commune omnibus

omnibus bonis in hoc seculo gaudium existit. Erant admodum nu-
 per, qui gaudebant eorum quodam sperato dissidio, à quibus con-
 cordiæ exemplum petere oportuit, maleq; interpretabantur, quæ
 utrinq; publicè sive dicta sive scripta erant. Absit ut talis macula non
 nisi de honore certandi huic corpori hæreat. Non est nostrum, nõ
 Christiani hominis, alienæ existimationi detrahere lubenter: qui
 boni sunt, indictum malunt, quod offendere poterat, injurias con-
 dare quàm inferre aut referre, læsamq; quæcunq; vel causã vel suspi-
 cione concordia etiã cum detrimento suo reducere, quàm lites fo-
 vere. De jure Dei, deq; officii nostri partibus delibare nihil licet, suo
 quisq; jure cedere potest, & ad commune bonum procurandum sæ-
 pe etiam debet. Hoc exemplo præeunt majores, dextrã amo-
 ris & pacis se mutuò complexi, eãdem viã sequi oportet minores,
 ut sine omni rancore puras ad cælum manûs extollant. *Φιλοσοφά-
 Τερον* vocat Melitonis apologia eum qui *Φιλαυδραπίτηρ* est: hanc
 divinam philosophiam eo auctore profiteamur, cujus incomparabi-
 lis in genus humanum amor extitit, ut ex amore & concordia disci-
 pulatus nostri veritas æstimetur. Admonet nos proferendorum
 novã virtute Salvatori nostro fructuum revirescens omnis ager &
 turgentes in arboribus gemmæ, quibus hoc anni tempus lætum est.
 Pulcherrima naturæ harmonia in exornandis omnibus sui parti-
 bus excitat mentem ad parem sanctioris studii harmoniam, ut quis-
 que suo officio in exornando Christi corpore mystico bene funga-
 tur, atq; ut eodem die ita eãdem mente omnes resurrectionis Chri-
 sti & aliquando nostræ celebremus mysterium. Octiduum hoc
 paschale ita festum erat quondam Christianis, quemadmodum &
 hæc quæ præcessit hebdomas luctuosa, ut omni illo tempore à pro-
 fanis rebus atq; negotiis abstineretur, *vid. imprimis Godofr. ad l. 2. C.
 Theod. de feriis*: nobis, dum triduo hodie omnem solennitatem clau-
 dimus, quò brevior est publicæ lætitiæ feriatio, eò longior sit fructus
 melioris vitæ, ut qui nunc resurgentem Christum fide contempla-
 mur, transformati ad imaginem sanctitatis ejus olim & ipsi corpo-
 ra nostra sepulchris extrahamus, cum ipso & omni beatorum
 choro perpetuum regnaturi. *P.P. Sub Sigillo Rector ali
 ipso festo Paschato, Anno MDC LXXXIIX.*





Sangarenſi adverſus Sabbathum inſtitutâ priſcâ
revocavit, ne qua hujus rei diſſenſio unitati ecc
ſed ut cuiq; liceret ſuum ſibi morem ſequi. *Socr.*
catholici cum de relinqvendo omni judæorum
comercio & obſervandâ ſecum harmoniâ conſe
eodem jure certum anni diem, quo Chriſtum
dam crederent, huic memoria ſacrandum de
martyrum natalitiis fieri ſolebat, quemadmodû
qvîdâ, vii. Kal. Aprilis ex actis Pilati pro omni ter
tur. Verû enim verò placuit operoſior motuû ſie
tio, & legi divinæ de primo anni plenilunio, eti
tos eſſe arbitrarentur, ſolicitè ſe adſtringebant.
& enneadecaterides à Græcis & Ægyptiis petita
atq; lunæ certis periodis atq; regulis includendâ
Ambroſius concilii Nicæni decreto acceptas fer
tiores ſunt, illas tamen & Epiphanius & Sozom
feſti termino ſequuntur. Illud certum eſt, Ale
epiſcopum, cum optimis Mathematicis ſtipatus
ſchæ diem quotannis indicaffe Romano, hunc
cleſiis. Unde Ambroſius: *quia etiam poſt ægyptio*
Alexandrina eccleſia deſinitiones, epiſcopi quoq; Ro
enim legendû puto deletâ voculâ *per*, quæ perpe
meam adbuceſpèrant ſententiam. Extant hodie
andriani epiſtolæ paſchales in bibliothecâ Patri
hujus indices: à Sylveſtro Rom. literas petunt.
cleſiâ Carthaginenſi Africani hanc indiſtionem
epiſcopo, ipſo epiphaniarû die, eccleſiis id eſſe de
unt, quis quoq; anno paſchatis dies futurus ſit, qu
proſtantibus paſſim calendariis addiſcunt. Diſ
tis ingeniis calculus eſt, eſſi regulis adjurus, nec
multa paſſim accidat aberratio, ſi cujuſq; induſ
relinquatur. Summa autem eorum, quæ obſe
teres Nicænam ſynodum ſecuti, hæc eſt, ut paſ
qvinoctium vernum celebretur, ut die domi
plenilunium & ut nunquam cum judæis, ita qv
paſcha in dominicâ incideret, Chriſtianum in
retur. Quia enim judæi poſtqvam phaſes lunæ

)(}

